

Frederici Ruyschii ... Epistola / ad Raymund Vieussens.

Contributors

Vieussens, Raymond, 1641?-1715

Publication/Creation

Montpellier : J. Martel, 1705]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dhf8b4uv>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

FULL 2 No

T.P. N. 16110

N 55450

VIEUSSE N 3 Repand

1853



(1)

FREDERICI RUYSCHII

ANATOMIÆ ET BOTANICES

PROFESSORIS AMSTELODAMENS.

EPISTOLA

A D

R ARMUND. VIEUSSENS

*Doctorem Medicum Monspe-
liensem, Regiæ Societatis Lon-
dinenfis Socium.*

VIR CLARISSIME,



Quod in mandatis dederis
experientissimo Domino
Regis, ut mihi traderet
tractatum tuum de novo
systemate vasorum corpo-
ris humani, gratias tibi ago, majores-
que egissem, si in illo, uti par erat,
nominis mei mentionem fecisses. Quan-
doquidem non dubito quin satis super-

A

que



que tibi notum sit, non te, sed me inventorem esse eorum, quæ uti video, pro tuis vis haberi. Quis ignorat me à plurimis annis, non solum in theatro nostro anatomico ad oculum demonstrasse, verum etiam omni tempore omnibus, qui me convenerunt, ostendisse, arterias renales immediatè uniri cum vasculis urinosi papillas constituentibus? prætereà per figuras bis illustravi, neque id in vervece, sed in renibus humanis depingi curavi antè annos aliquot. Et si clarissimus vir hoc observaverit antè me in homine, quare non divulgavit, antequàm ego illud publici juris fecissem? Quare sic depingitur ren vervecinus, qui neutiquam convenit cum rene humano, uti clarissimus vir ipse fatetur? Quà occasione dictorum vasorum unionem invenerim, & quid sit faciendum, si quis me imitari velit, ex thesaurorum meorum descriptionibus abundè liquet, sine quo fieri non posse reor, ut quis dictorum vasorum unionem visui exhibeat. Quod
atti-

attinet ad vasa per interiorē tuni-
cam uteri disseminata, quæ alimentum
fœtui alendo aptum producunt, ante
aliquot annos ea in ove detexi, des-
cripsi, depinxi; itaque neque hujus,
neque illius inventor primus dici potest
vir clarissimus. Fateor me illa nondum
vidisse in utero humano; clarissimus
autem vir dicit illa se vidisse in utero
humano; qui quid hujus sit, ex eorum
figura cognoscere nobis licebit, si eam
n. bis dederit clarissimus vir; uti ego
feci, in corpore ovino. Placuit tibi hæc
vasa non eodem nomine insignire, quo
ego illa denominavi, idque in thesau-
ris meis: Cum ego viderem dicta va-
sa serpentino reptatu decurrere, deno-
minavi illa vasa vermicularia; & si
cui hoc minus placeat, poterit addere
nomen aliud magis conveniens. Jam
de integumento placentæ uterum r. spi-
ciente, noli hoc etiam tibi vindicare,
quandoquidem illud ante te descripsi,
depinxi, & quid sentiam de hoc inte-
gumento, & quâ occasione id invene-

rim indicavi. Quis, quæso, plus temporis, plus laboris impendit in vasorum extremis expiscandis quàm ego, qui hoc abhinc 40. annis incæpi, & nondùm desisto; imò quotidie manum huic operi adhibeo. Nec putem hætenus tam luculenter ab ullo fuisse demonstratas extremitates ultimas articularum, aliorumque vasorum in renibus, hepate, liene, corde, cerebro, pulmone &c. Sicuti hoc quotidie visui exhibeo in thesauris meis, ut causas certas habuisse clarissimum virum non dubitem, quare nomen meum omiserit. Neque enim est quòd dicta mea scripta & figuræ non pervenerint ad manus ejus. Acta enim lipsiensia, in quibus satis superque, imò ultrà merita, hæc recensentur, ab aliquot annis procul dubio legisti, ità ut non sit cur dubitem, quin mea videris antequàm hunc tractatum publici juris feceris. Innumera adhuc apud me sunt hujus & alterius argumenti, quæ edere mihi animus est, si Deus ter opt. max. longio-

giorem vitam concesserit. Quòd ad nostram investigandi methodum attinet, illa prorsus diversa est à methodo & instituto aliorum. Nunquàm utor decoctione in aqua simplici, quæ præparatio minùs apta mihi videtur; quandoquidem tunc corrugantur, contrahuntur, minima obscurantur, imò tantquam in aliam substantiam mutantur, & sic alia phænomena in conspectum venire debent, quæ antè decoctionem haud extabant. Ego verò corpus humanum ante dissectionem, cœ in statum corporis viventis redigo; undè omnia visui patent, quæ neque in cadavere recenti, neque post decoctionem apparent: imò cadavera in dictum statum redacta nobis demonstrant corticalem cerebri substantiam vasculosam, non autèm glandulosam esse, uti perperam exhibent qui decoquunt cerebra in oleo terebinthinæ, lini, olivarum &c. hisce finem imponere cogor. Interim, clarissime vir, omnia fausta tibi precor & brevi responsum expecto.


A. iij

Tuus

Tuus omni studio

FREDERICUS RUYSCHIIUS.

Amstelodami , 15. Maii 1705.



RAYMUNDI Vieussens D. M.

*M. Regia societatis Londinensis
socii responsoria ad superio-
rem Epistola.*

ET si quibusdam abhinc diebus ità ægrotem, *vir clarissime*, ut vix per vires liceat mihi scribere; literis tamèn tuis, die decimâ quintâ labentis mensis scriptis, breviter respondere conabor. Jurejurando tibi affirmare possum, *vir ornatissime*, me nec opera tua, nec acta lipsien- sia hætenùs legisse. Tantò sanè apud me numero es, ut nequaquam dubitare debeas, quin clarissimi nomi- nis tui mentionem fecissem in novo Systemate meo vasorum corporis humani, si in libro quodam legissem, aut ab aliquo audivissem, te pri- mum

mum quædam eorum invenisse, quæ
 in hujusmodi Systemate continen-
 tur; cùm illustrissimorum virorum
 Bontekoe scilicet, Bellini, Malpig-
 hii, & aliorum mentionem habue-
 rim. Interim vix abstinere possum,
 quin mihi metipsi gratuler, quòd in
 eandem sententiam abierim, in quam
 te abiisse dicis de coalitu arteria-
 rum emulgentium & ductuum uri-
 nosorum, de vasis, quibus succus
 nutritius ad foetum devehitur, & de
 corticali cerebri substantia. Intrà
 paucissimum tempus nova tibi com-
 municabo inventa mea in corde hu-
 mano, quæ ineunte mense Junio pro-
 ximo Lutetiæ Parisiorum typis ex-
 cudentur. Cæterùm te mihi pergra-
 tum facturum esse credas velim, si
 theatrum tuum anatomicum, nec-
 non thesauros tuos anatomicos ad
 me mittere digneris; siquidem ejus-
 modi opera tua legere ardentissimè
 cupio, nequaquàm dubitans, quin
 multa & admiratione dignissima &
 per-

perutilia complectantur. Vale, vir
clarissime, & in ære tuo numera.

RAYMUNDUM VIEVSSENS.
Monspelii, die 24. Maii anni 1705.

*LETTRE de Monsieur Vieussens
Docteur en Medecine de la
Faculté de Montpellier, Mem-
bre de la Societé Royale de
Londres, à Monsieur Regis,
celebre Professeur en Mede-
cine à Amsterdam.*

JE me trouve si malade, Monsieur,
que j'ai eü une peine extreme à
écrire de ma propre main la répon-
se, que je viens de faire à la lettre
que *Monsieur Ruysch* m'a écrite en
datte du 15. du courant, pour me
dire que je lui ai fait plaisir de lui
faire présenter par vous mon nou-
veau Systême des vaisseaux du Corps
humain, mais que je lui en eusse
fait davantage, si j'y avois fait men-
tion

tion de son nom. Il me marque qu'il a publié avant moi dans ses livres intitulez Tresors anatomiques, que les vaisseaux urineux sont joints immédiatement avec les arteres émulgentes, qu'il y a décrit les tuyaux qui portent le suc nourriffier au fœtus, qu'il a découvert une nouvelle membrane dans l'arrière faix de la matrice, & qu'il a avancé que la substance grise du cerveau est un tissu de vaisseaux. Il ajoûte qu'il en est fait mention dans les Journaux de Leipfic, & qu'il est tout vrai-semblable que j'ai lû ses Ouvrages & les Journaux de Leipfic, & qu'ainsi il est surpris que je ne lui en aye point fait honneur. Je vous avouë, Monsieur, que ce reproche m'a été d'autant plus sensible, que ni Monsieur Manger, qui a lû, sinon tous, du moins la plus grande partie des Livres d'anatomie anciens & modernes, ni tant de Grands-hommes, à qui je communiquai en


manuscrit mes nouvelles Découvertes dans le corps humain au mois d'Octobre de l'année 1703. ne m'ont pas dit un seul mot de ces sortes de choses dans les Lettres obligantes, qu'ils m'ont fait l'honneur de m'écrire, comme-un chacun pourra le voir, puisque ces Lettres & mon Ouvrage ont vû le jour en même tems. Ma surprise a été augmentée beaucoup par la reflexion que j'ai faite d'abord, que vous êtes trop de mes amis, pour ne m'avoir pas fait prendre garde de ne pas fâcher un si Grand-homme, si vous aviez remarqué dans ses Ouvrages, qu'il eût dit des choses tout-à-fait conformes à celles que j'ai dites dans mon Système des vaisseaux. Quoiqu'il en soit, je vous demande en grace de me marquer incessamment en termes exprés ce qu'il a dit sur les faits ci-devant énoncés. Je vous assure que s'il m'aparoît que sa plainte ait quelque fondement (quoique dans le

le fond elle n'en ait aucun , puisque je n'ai jamais lû ses Ouvrages , ni les Journaux de Leipzig) je lui ferai de l'honneur non pas tant qu'il lui en est dû , mais je lui en ferai au-delà de tout ce qu'il pourroit souhaiter dans le nouveau Systême des liqueurs du corps humain , que je prépare pour la Presse. Je vous supplie , Monsieur , de l'en assurer , & de lui dire que personne n'a plus de veneration que moi pour son rare mérite. Cependant j'espere que si vous lui faites bien connoître mon caractère , comme vous le pouvez , il sera satisfait de la Réponse latine que je viens de lui faire. Je n'ai jamais fait tort de gré à gré , ni n'en ferai de ma vie au moindre des Auteurs. Eh ! comment pourroit-il m'être venu en pensée de mal-traiter un si Grand-homme. C'eût été , je vous l'avouë , une grande impudence à moi de vous prier , comme je l'ai fait , de lui présenter de ma part


mon nouveau Systême des vaisseaux, si j'avois sçû qu'il eût pû prendre de là occasion de se plaindre de moi, qui ne lui en ai fait présent que pour lui donner une marque de mon respect. Je le prie même de me procurer ses Ouvrages. Nos Libraires sont si peu attentifs à faire venir les bons Livres qui s'impriment en Hollande & ailleurs, que je puis vous asseurer qu'il est très-rare que nous en voyons quelqu'un en ce Pais; & quand cela arrive, ce n'est le plus souvent qu'après un bon nombre d'années depuis l'Impression. Je me suis servi, Monsieur, d'une main étrangere pour écrire cette Lettre; mais j'ai voulu la finir de la mienne pour vous asseurer que je suis de cœur, & avec toute l'estime possible, Votre très-humble & très obéissant Serviteur,

V I E V S S E N S.

A Montpellier le 24. Mai 1705.



A L.



ALTERA Frederici Ruyschii
Epistola ad Raym. Vieussens.

VIR CLARISSIME,

LITTERAS responsorias vigesima quarta die mensis Maii anni labentis ad me missas accepi, in quibus video te protestari mea scripta, nec acta lipsiensia pervenisse ad tuas manus, neque ea legisse; ita ut nescias quæ in illis contineantur, ut illud tibi affirmanti credam; neque illa pervenerint ad tuas manus, neque acta lipsiensia legeris. Negare tamèn non potes, vir clarissime, te litterarum commercium habuisse cum Domino Regis Monspeliensi olim, nunc verò Amstelodamensi medico, qui sæpe numero de hisce rebus non solum mecum fuit locutus, verùm etiàm scripta atque depicta, imò objecta ipsa, de quibus li-

tigur, sæpè in ædibus meis vidit.
 Quis autem, vir clarissime, me indu-
 cet ad Credendum illum tibi non trans-
 cripsisse illa, quæ jam vis à te esse
 inventa? Prætereà vix ac ne vix qui-
 dem à me impetrare etiàm possum, ut
 credam clarissimum virum unquàm vi-
 disse corticem cerebri esse vasculosum ob-
 tuam præparandi methodum, scilicet de-
 coquendo per sex horas in oleo oliva-
 rum; indè certè in aliud esse mutatur
 cerebrum, & tam subtilia per decoctio-
 nem velle luculenter demonstrare impos-
 sibile esse reor, non solum ego, verùm
 etiam omnes cum quibus hoc communi-
 cavi. Professor Bidlous eodem modo per
 decoctionem sese fecisse autumat, & post
 decoctionem dicit sese detexisse corticem
 esse glandulosum, dictasque glandulas
 per figuras expressit. Vide quàm pa-
 rum fidendum coctioni. Secundo si cla-
 rissimus vir illa tam luculenter vidisset,
 quemadmodum ego illa visui exhibeo,
 certè alia & convenientiora nomina
 imposuisset clariss. vir dictis vasculis,


sicuti ego facere decrevi, simul ac ad finem perduxi meos thesauros anatomicos. Quicumque thesauros meos, ut & litteras viderunt, & perlegerunt, figurasque ritè examinaverunt, calculum non apponent assertioni clariss. viri. Clariss. Ethmullerus ad me olim de substantia corticali cerebri epistolam problematicam misit, quæ est inter dictas epistolas, id quæ anno 1699. in cujus responsionis fine addidi figuras, quas qui viderit, ut objecta ipsa ad quæ illa sunt sculpta, & in ædibus meis reservata, facile intelliget impossibile esse decoctione supra dicta demonstrare corticem ex vasculis esse constitutum.

Arteriarum renalium immediatas conjunctiones cum ductibus urinosi, clarissime vir, à plurimis annis detexi, demonstravi, & in thesauro tertio descripsi, annoque 1703. demonstrationes iteravi. Quare igitur, clarissime vir, inventionis hujus gloriam, quæ mihi debetur, in te transmovere noli. Nemo cer-

certè (id quod tua pace liceat dicere)
 luculenter visui exhibebit dictas conjunc-
 tiones , idque maceratione in aqua sim-
 plici , donec putredinem contrahant ; imò
 impossibile esse reor. Ego his omnibus
 vitam quasi reddere soleo ante dissec-
 tionem , & sic in conspectum veniunt
 ultimæ omnium extremitates vasorum
 sanguineorum hepatis , lienis , renum ,
 cordis , pulmonis , placentæ , corticis ce-
 rebri , cutis , & innumera alia , quo-
 rum aliquot per figuras expressi in dictis
 meis operibus. Eodem artificio nostro
 vasa vermicularia tunicæ interioris ute-
 ri ovini , ut & placentæ uterinæ inte-
 gumentum quoque detexi , descripsi , &
 depinxi , idque jam abhinc aliquot an-
 nos , antequàm tuum systema lucem
 aspexit , ità ut ne primum horum in-
 ventorem te jure queas dicere. Quòd si
 à te impetrare poteris ut veritati ma-
 num des , uti persuasum habeo , nulla
 mihi de his tecum erit controversia. Sub
 prælo sudat quartus thesaurus , in cujus
 præfatione aliquam de hac re mentia-
 nem

*nem facere cogor, ad vindicandam meam
famam. Itaque rogo ut brevi
digneris responsum dare. Vale.*

FREDER. RUYSCHIIUS,
Amstelodami 5. Junii 1705.



SECUNDA Raym. Vieussens
*Responsoria ad binas superio-
res Epistola.*

VIR CLARISSIME,

QUAM QUAM me nullius fa-
nè fundamenti jurgio adortus
sis in primis litteris tuis, & non-nulla
in secundis scripseris non solum mi-
hi, sed & excellentiss. viro Domino
Regis injuriosa, nihil hîc ob meam
erga te observantiam pronuntiabo,
quod charitatis & honestatis legibus
adversetur: nihil, inquam, hîc profe-
ram, quod exulceratum redoleat
animum; ità ut tuæ confusus æqui-
tati sperare auserim te in sequentibus

animadversurum, me potius hodiè
 tibi scribere ad veritatis partes susti-
 nendas, & ad jus tibi, ut & aliis,
 tribuendum, quàm ad me metip-
 sum hominum existimationi vindi-
 candum. Haftenùs me adeò foeli-
 cem esse voluit Deus opt. max. ut
 in omnibus terræ plagis, in quibus
 meum notum est nomen, jamdiu,
 cordatos saltem apud viros, maxi-
 mè ingenuus haberi mihi visus fue-
 rim. Verùm hodiè, quod meum est
 infortunium, Amstelodamum exci-
 pere cogor, ubi tu de moribus meis
 dubitare videris. Animo tibi finxif-
 ti, *Vir ornatissime*, me quædam ex
 thesauris tuis anatomicis depromp-
 fisse, quin ullam nominis tui men-
 tionem habuerim, ut ex prima epif-
 tola tua liquidò patet, in qua pri-
 mò sic habes. *Quis ignorat, Ais,*
me à plurimis annis non solùm in thea-
tro nostro anatomico ad oculum demonf-
trasse, verùm etiàm omnibus, qui me
convenerunt, ostendisse arterias renales
im-

*immediatè uniri cum vasculis urinosi-
papillas constituentibus &c. Secundò
in medium sequentia affers. Quod
attinet, Inquis, ad vasa per inte-
riorem tunicam uteri disseminata, quæ
alimentum fœtui alendo aptum produ-
cunt, ante aliquot annos ea in ove de-
texi, descripsi, depinxi; ità quæ hujus,
neque illius inventor primus dici potest,
Vir clarissimus: fateor me illa non-
dum vidisse in utero humano &c. Ter-
tiò sequentia dicis. Jam de integu-
mento placente uterum respiciente; noli
hoc etià tibi vindicare; quandoquidem
illud ante te descripsi, depinxi, & quid
sentiam de hoc integumento, & qua
occasione id iuvenierim indicavi &c.
Demùm sequentibus verbis signifi-
cas corticalem cerebri substantiam
vasculosam esse. Imò, Ais, cadavera
in dictum statum redacta nobis demon-
strant corticalem cerebri substantiam vas-
culosam, non autem glandulosam esse &c.*

*Suprà dictis lectis & expensis,
quantùm mihi licebat per acutif-*

simum, quo tunc temporis tenta-
 bar, morbum, neutiquàm mihi tem-
 perare potui, ut ut fractæ meæ ef-
 sent vires, quin calamo manum ac-
 cingerem sub finem paroxysmi fe-
 brilis, quò meæ erga te observan-
 tiæ quaecumque tibi monumentum
 præberem, primis scilicet litteris
 tuis, nullâ interpositâ morâ & mea
 neglecta sanitate, rescribendo. Res-
 pondi itaque tibi die 24. mensis
 Maii, ut ex secunda epistola tua
 patet, & jurejurando tibi affirmavi
 opera tua & acta lipsiensia ad meas
 nondùm pervenisse manus, ut per-
 suasissimum haberes me nihil unquàm
 tibi subripuisse. Prætereà ne quid
 ardenti addi posset desiderio, quo,
 ut & febre, flagrabam testificandi
 tibi quanto habeam numero viros
 omnes de republica benè-meritos,
 honestatis eò adductus fui, ut ad
 eruditissimum nec-non experientis-
 simum virum D. D. *Regis* litteras
 superiores gallico idiomate conf-
 crip-

criptas miserim, ipsum nempè rogaturus, ut te nomine meo inviseret, teque certiolem faceret de existimatione, quam tui apud me concitavisti, & de mea tibi satisfacendi cupiditate, si mihi unquam notum esset me in te peccasse.

Meam ergà te agendi rationem, licet honestissimam, tanto habuisti despiciatui, *Vir clarissime*, ut cum primùm epistolam meam responsoriam 24. die mensis Maii scriptam accepisti, alteram ad me miseris, in qua non modò de mea videris dubitare fide, sed & hanc Dño *Regis* injuriam facis, ut sequentibus verbis te persuasum habere palàm-facias ipsum tua mihi transcripsisse inventa. *Negare tamen non potes, inquis, vir clarissime, te literarum commercium habuisse cum D. Regis Monspeliensi olim, nunc verò Amstelodamensi medico, qui sæpe numero de his-ce rebus non solùm mecum fuit locutus, verùm etiàm scripta atque depicta,*

imò objecta ipsa, de quibus litigatur, sæpè in ædibus meis vidit. Quis autem, Clarissime vir, me inducet ad credendum illum tibi non transcripsisse illa, quæ jam vis à te esse inventa &c.

Te justitiæ adeò amantem existimo, vir præstantissime, ut nequaquam dubitem te impofterum quibusvis à jurgiis cessaturum, cum primùm æquitatem & bonitatem causæ meæ noveris. Quò utramque facilè internoscere queas, ea, quæ sequuntur, attento animo legas, & æqua lance perpendas, uti rogo. Incunte mense Maio anni proximè elapsi in actis parisiensibus anni 1702. thesaurorum tuorum, primi nempè & secundì, excerpta legi, in quibus ne unum quidem verbum protulit de ductibus urinosi clariss. *Bellini* eruditissimus, nec-non disertissimus hujusmodi excerptorum auctor. Verumtamèn non nulla eorum, quæ à me lecta fuere, non solùm magnam apud me tui existimationem concipi-

citavere ; sed & omnium operum
tuorum legendorum maximam mihi
cupiditatem injecere. Hinc fac-
tum , ut extemplò ad Bibliopolas
Genevenses scripserim , eosque ro-
gaverim , ut omnia opera tua ad me
diligentissimè mitterent. Honestissi-
mi illi viri unum tantum operum
tuorum , primum scilicet thesaurum
anatomicum , sibi in manibus esse
mihi responderunt , eumque se ad
me missuros esse promiserunt , unà
cum reliquis operibus tuis , statim-
atque illa ex Hollandia recepissent.
Interim tempus ità lapsum est , ut
antequàm curiosi nec-non utiles im-
probi laboris tui fructus in manus
meas venissent , primas acceperim
litteras tuas. Et verò cùm maxima
satisfaciendi tibi flagrarem cupidi-
tate , si me vel casu vel inconside-
rantia in te peccasse mihi unquàm
notum esset. Binis tantum diebus
elapsis ab acceptis litteris tuis rursus
ad Bibliopolas Genevenses scripsi ,
• eos

eos enixè rogaturus , ut opera tua
ad me mitterent , ut ex sequenti eo-
rum epistola responsoria facile in-
telliges.

~~~~~

RE'PONSE de Messieurs les  
Marchands Libraires de Ge-  
néve à deux Lettres de Mr.  
Vieussens.

MONSIEUR ,

**N**OUS avons l'honneur de vos  
deux Lettres des 15. Avril &  
26. Mai de l'année courante ; en ré-  
ponse desquelles nous vous dirons que  
l'on nous remit avant-hier le Ballot de  
Livres , que Mr. Paul Marret d'Amf-  
terdam nous a adressé pour vous , du-  
quel nous payerons le Port suivant  
votre Ordre , & par nôtre Première  
nous vous dirons ce que l'on nous en  
aura fait payer. Nous vous l'aurions  
déjà envoyé ces jours ici sans une diffi-  
cul-



culté qu'il y a présentement pour l'entrée des Livres imprimés dans les lieux avec qui la France est en guerre. Il y a d'ailleurs dans ledit Ballot un Furretiere d'Impression d'Hollande, qui est défendu en France. Tout cela est cause que nous n'avons osé vous en faire l'expédition, sans vous en donner auparavant avis, afin que vous puissiez prendre là-dessus vos mesures, & nous ordonner ensuite de quelle manière vous souhaitez que nous vous le fassions tenir, & nous suivrons ponctuellement vos Ordres. Nous vous enverrons par la même occasion le Ruyschii thesaurus anatomicus, & ce que nous avons des autres Livres, que vous nous avez demandés. Nous ferons ensuite bien emballer le tout de la manière que vous souhaitez. Nous sommes très-parfaitement, Monsieur, Vos très-humbles & très-obéïssans Serviteurs.

CHOUET, DETOURNES,  
 A Genève 3. CRAMER, PERACHON,  
 Juin 1705. RITTER, DETOURNES.

D

Ex




**E**X superioribus litteris Bibliopolarum Genevensium tibi liquidò patet, *Vir clarissime*, qualis quantaque fuerit diligentia, ac fides, quas adhibui, ut tua citò ad me venirent opera. Eædem litteræ tibi patefaciunt libros eos, quos ad me jamdiù misit *D. Marret* Bibliopola Amstelodamensis unà cum systemate meo vasorum corporis humani Genevæ, velut captivos, detineri; quòd Rex libris, qui sub prælo sudarunt in regionibus, quibuscum bellum gerit, aditum in galliam patere nolit. Quò superarem difficultates, si fieri posset, quibus fiebat, ut nec meum vasorum corporis humani systema, nec thesauri tui anatomici ad me venire possent, die 28. mensis Junii anni 1705. ad Bibliopolas suprà nominatos iterùm scripsi, eosque precatus sum, ut crumenæ meæ nequaquàm parcerent, & pecunias darent, quantum sufficeret, quò novo systemati meo vasorum

cor-



corporis humani , & thesauris tuis  
anatomicis tuta daretur via ; atque  
adeò breve intrà tempus ad me ve-  
nirent. Hæc mea ratio , mirum dic-  
tu , frustranea fuit , ( licet pecuniis  
omnia cedere vulgò credatur ) ut ex  
sequenti epistola intelliges.



REPONSE de Messieurs les  
Marchands Libraires de Ge-  
néve à la Lettre de Monsieur  
Vieussens du 28. Juin 1705.

MONSIEUR,

**E**N réponse de l'honneur de vôtre  
Lettre du 28. du mois dernier ,  
nous vous dirons que nous avons sui-  
vant vôtre Ordre cherché toute sorte de  
moyens , pour que le Ballot de Livres ,  
qui nous est parvenu pour vôtre Compte ,  
vous peut être expédié avec seureté ;  
mais nous n'en avons trouvé aucuns ;



& il n'y a en cette Ville aucuns Assen-  
 reurs pour se charger des risques, qui  
 sont à la verité grandes; puisque si le  
 Ballot venoit à être ouvert à l'entrée  
 du Royaume ( comme cela arrive ordi-  
 nairement ) il est très-certain qu'il se-  
 roit confisqué, particulièrement à cause  
 du Dictionnaire de Furetiere. Prenés  
 la peine, Monsieur, de voir si vous ne  
 pourriés point trouver quelque moyen  
 pour qu'il vous puisse parvenir sans au-  
 cune risque, & en nous en donnant avis,  
 nous suivrons ponctuellement les Ordres  
 que vous nous donnerés. Nous avons  
 le Ruyschii thesaurus anatomicus &  
 quelques autres Livres de ceux que  
 vous nous demandés, lesquels nous join-  
 drons au Ballot, lorsque nous vous  
 l'expedierons. Nous sommes toujours,  
 Monsieur très-parfaitement, Vos très-  
 humbles & très-obéissans Serviteurs.

CHOÛET, DETOVRNES,  
 CRAMER, PERACHON,  
 RITTER ET DETOVRNES.

A Genève le 10. Juillet 1705.

IN-




**I**Ncassum tentatis, *Vir ornatissime*,  
 rationibus variis, quas Biblio-  
 polis Genevensibus suggereram;  
 secundis litteris tuis respondendi  
 maximè cupidus, plurimùmque im-  
 patiens diuturnioris silentii, cujus te  
 impatientem quoque fore putavi,  
 hosce honestissimos Bibliopolas ro-  
 gavi, ut opera tua Cursu publico ad  
 me mitterent. Hæc ultima ratio,  
 licet multis empta pecuniis, mag-  
 nam mihi peperit lætitiā, quoni-  
 am eum, quem peroptabam, exi-  
 tum habuit, ut tibi patebit ex tes-  
 timonio scripto, quod sequitur, Bi-  
 bliopolarum Genevensium.

**N**OUS soussignés déclarons de  
 bonne foi, que Mr. Vieussens  
 Docteur en Medecine à Montpellier  
 nous a demandé à diverses fois, & avec  
 instance, & notamment par sa Lettre  
 du 18. Mai 1704. les Livres suivans;  
 sçavoir, Freder. Ruyschii anatomix  
 & botanices Professoris thesaurus



anatomicus primus cum figuris æneis  
 &c. in 4°. Amstelodami 1701. Comme-  
 aussi, Frederici Ruyschii &c. The-  
 saurus anatomicus secundus cum fi-  
 guris æneis &c. in 4°. 1702. Mais  
 comme-on a bien de la peine d'envoyer  
 en France des Livres imprimés en Alle-  
 magne, Angleterre & Hollande, à  
 cause des défenses au sujet de la pré-  
 sente guerre, aussi il nous a été impos-  
 sible de les lui faire parvenir, sinon  
 présentement, que nous les lui avons  
 envoyés par la Poste, avec trois Exem-  
 plaires de son nouveau Systeme des vais-  
 seaux du corps humain; & cela ensuite  
 d'un Ordre exprés qu'il nous en a donné.  
 En foi de quoi Nous avons signé la  
 présente Déclaration. A Genève ce 26.  
 Août 1705.

CHOVET, DETOVRNES,  
 CRAMER, PERACHON,  
 ET DETOVRNES.





**S**UB finem mensis Augusti Bibliothecae Genevenses tres thesauros tuos anatomicos, tandiù exoptatos & expectatos, cursu publico ad me miserunt, uti jam vidisti, *celeberrime Vir*; eos illicò compingendos, & alutâ vitulinâ tegendos curavi. Præclara, quæ in iis animadvertēbam, dum eos prima vice legerem, magnam mihi identidem exosculandi eos cupidinem injiciebant, & uno eodemque tempore non levem mihi pariebant molestiam, quòd ob magnam diversarum, quas incolimus, regionum distantiam, excellentissimum Auctorem ipsorum amplecti nequirem; quæ magna sanè mihi fuisset voluptas. Ejusmodi thesauros non nomine tantùm, sed re veros thesauros, velut pulcherri- mum musæi mei ornamentum habeo. Jam verò persuasum habes, opinor, *Vir clarissime*, aut saltē persuasum habere debes me nec opera tua, nec acta lipsiensia legisse, ante-



antequam meum vasorum corporis  
humani Systema in lucem ederem.  
Quod attinet ad D. *Regis*, is reli-  
gionis suæ, quæ, sicuti mea, fur-  
tum quodvis vetat, amantior est;  
ut transitu è Gallia in Bataviam  
luculenter testatus fuit, quàm qui  
inventorum tuorum gloriam vel in  
me, vel in alios transducere vellet.  
Præterea dum urbem Monspelien-  
sem cum Amstelodamo commuta-  
vit, maximum in ea, ob notam  
omnibus morum suorum integrita-  
tem, sui desiderium reliquit; adeò  
ut si mutatio Cœli bonos tanti vi-  
ri mores non mutavit, quod crede-  
re piaculi loco ducerem, nullus;  
opinor, lucis usurâ fruatur, qui  
majorem, quàm ille, probitatem ha-  
beat. Præterea honestas omnes vitæ  
rationes, quibus venustos apud ho-  
mines vivitur, ità novit, ut in ipso  
nihil eorum desideretur, quæ decoris  
ratio postulat. Valdè profectò do-  
leo, quòd tu, quem virum integrum  
ha-



habeo ; parùm æquum non solùm  
de me , sed & de amico meo judi-  
cium tuleris , ( huic-ce nullatenùs  
inimicæ exprobrationi nequaquàm  
attendas , quæso , ) sed vehementiùs  
adhuc dolerem pro summo , quo te  
prosequor , studio , si quam nobis in-  
juriam inferre ausus es , hæc in te  
ipsum relaberetur.

Et si anceps tantùm mihi crede-  
re visus fueris , *experientissime Vir* ;  
dum tibi jure-jurando asserui me o-  
pera tua non legisse antequàm no-  
vum Systema meum vasorum corpo-  
ris humani prælo committerem ; ip-  
semet malè de te sentire mihi vi-  
derer ( tantum absit à me nefas )  
si non sperarem , te imposterùm , iis ,  
quæ hactenus dixi , expensis , nec de  
mea fide , nec de probitate *D. Regis*  
dubitaturum ; præsertim si ad se-  
quentia attenderis , quæ addere vo-  
lui , ut te omni scrupulo liberem , si-  
quis adhuc animo tuo infixus hæ-  
reat. Nihil dixisti , *Vir Præstantissi-*  
E me



me , de arcta nonnexione , seu unione arteriarum renalium & ductuum urinosorum *Clarissimi Bellini* in primo thesauro tuo anatomico ; & in secundo de hujusmodi connexione in transcurso tantum , & dubitanter locutus es ; ita ut in eo jamjam memoratorum ductuum origines indefinitas reliqueris , ut ex sequentibus patet , quæ pag. 64. & 65. leguntur. *Variis locis* , inquis , *tubuli pelvis non solum , verum etiam ductus urinarii Bellini luculenter in conspectum veniunt ; circa quos consideratu dignum censeo , scilicet quod omnes dicti tubuli Bellini ceraceam materiam quoque sunt repleti , simul ac infarcirem arterias renales ( & hoc mihi jam semper contingit ) infarciebantur quoque ductus Bellini omnes , imò tubuli renales , necnon pelvis ipsa. Unde conicere haud absurdum est ductus Bellinos seu urinarios continuationes esse arteriarum renalium , sive circa utriusque extremum aut secus. Id autem nemini arduum*

vi-



videbiteur, quod dixi, conijcere ductus  
 Bellinos continuationes esse arteriarum  
 renalium, modò consideret, quòd nemo  
 hactenus inter arterias spermaticas &  
 vasa semen conficientia, testiculosque  
 constituentia, ullam glandulam demon-  
 strare valuerit, neque ullam glandulam  
 interpositam esse inter ductus vermicu-  
 lares suprà dictos & arterias uterinas.  
 Præterea corticalem cerebri substantiam  
 ex meris vasculis sanguineis constare  
 demonstrare luculenter valeo, cælo se-  
 reno: neque dicam de hepatis & lienis  
 constituto vasculoso non autem glandu-  
 lo. Itaque his-ce benè consideratis, haud  
 arduum fore existimavi, quod dixi, &  
 dubitanter proposui, dictorum vasorum  
 continuationem. Interim omnes vires in-  
 tendere animus est, donec hujus-ce rei  
 certior factus omne dubium superem.

Ex propriis verbis tuis planè in-  
 telligitur, Vir ornatissime, te in se-  
 cundo thesauro tuo anatomico de  
 arcta tantùm connexione arteriarum  
 renalium & tubulorum urinosorum



locutum fuisse, quin definiveris an ejusmodi tubuli sint continuationes parietum vel extremitatum arteriarum renalium. Prædicta autem connexio, de qua nunc, prius *clariss. Bellino*, quàm tibi, cognita fuit, quod, pace tua dixerim, ut sequentia verba ex dissertatione illius anatomica de structura & usu renum decerpta testantur. *Arteria*, inquit, *statim ac ad renis portam devenit, dividitur in plures surculos, qui inter pelvis tunicas dispersi alios graciliores ramulos producunt. Hi à pelvis tunicis erumpentes per fibrosam carnem feruntur, & circulariter illius partes amplectentes rotundam figuram æmulantur. Ab interna & concava horum circulo- rum parte prodeunt minores alii surculi, qui similem formam exprimentes fibrosæ carni artè connectuntur. Fibrosæ hujus carnis nomine ductus urinosos intellexit gravissimus ille auctor, ut ex sequentibus illius verbis liquidò patet. Ex quibus, Ait, evi-*  
den-



*identer inferre possumus substantiam re-  
num , quam usquedum parenchyma nun-  
cuparunt , nihil aliud esse , quàm ( quid-  
quid reclamet Higmorus ) canaliculo-  
rum & capillarium meatuum , per quos  
urina in pelvim effluat , aggeriem &c.*

Iis , quæ jamjam dixi , positis , ni-  
hil certè novi in primo & secundo  
thesauro tuo anatomico dixisti de  
renum structura ; atque adeò nihil  
ex iis decerpere potui , quod à me  
tibi subreptum fuisse suspicari de-  
bueris. Quæ cum ità sint , perpen-  
dendum superest an tibi quicquam  
eorum furatus sim , quæ de vasis re-  
num protulisti in tertio thesauro tuo  
anatomico. In hoc fanè thesauro ana-  
tomico arctam connexionem , seu  
unionem , si mavis , arteriarum re-  
nalianum & ductuum urinosorum *Bel-  
lini* ceraceæ materiæ injectione pro-  
bare contendis , ut ex sequentibus  
verbis intelligitur , quæ pag. 40. le-  
guntur , ubi sic habes. *Dixi suprà ,  
cum replerem arteriam renalem hujus*




*renis, simul quoque repletos fuisse ductus urinosos Bellini. Noli autem existimare mihi hoc solummodò contigisse in hoc rene; ast in omnibus renibus observari dicta vascula simul repleri; ità ut credibile non sit hoc ità fore, si ad urinæ secretionem primò glandulas minutissimas alluere deberet sanguis, ut in hac repletionem nostrà ceraceà materià.*

Anno 1703. probationem immediatæ unionis extremitatum arteriarum renalium & ductuum urinosorum deductam ex injectione materiæ ceracæ in arterias renales prælo commisisti, *Vir præstantissime*, ut ex propriis verbis tuis suprà relatis colligi potest. Ego verò eodem anno in lucem edidi probationem immediatæ unionis extremitatum arteriarum emulgentium & initiorum venarum emulgentium, partim scilicet deductam ex injectione aquæ vitæ croceo colore tinctæ, non solum in arterias, sed & in venas renales; & uno eodemque tempore urinosos

*Bel-*



*Bellini* ductus è lateribus arteriarum renalium ortum suum ducere promulgavi, in binis nempe litteris, gallico idiomate conscriptis, & Montpellier typis excusis, quas ad excellentissimum virum *D. Fagon* dignissimum Regis Archiatrum misi, & postmodum nobilioribus Europæ Academiis scientiarum, & Facultatibus medicinæ communicavi, ut sequentes demonstrant litteræ.



LETTRE de Mr. Fontenelle  
Secrétaire de l'Académie Royale  
des Sciences de Paris à  
Monsieur Vieussens.

MONSIEUR,

**J**E suis chargé par l'Académie des Sciences de vous remercier pour elle de la dissertation sur la Structure des vaisseaux, dont vous avés bien voulu  
lui



lui faire part. Quand vous fairés quelque Experience nouvelle, ou qu'il vous viendra quelques reflexions, qui apuyeront un Systeme si singulier, & si different des idées communes, l'Academie sera bien-aise d'en être instruite, & en général tout ce qui viendra de vous lui fera un extreme plaisir. Vòtre mérite est fort connu de cette Compagnie, & moi qui suis sans nulle comparaison le moins capable d'en juger, il y a long-tems que je le connois par la voye de la Renommée. Je suis avec respect,

MONSIEUR,

Vòtre très-humble  
& très-obéïssant Serviteur;

FONTENELLE Secre-  
taire de l'Academie Royale des  
Sciences.

A Paris ce 26. Mai 1703.

LET-





LETTRE de Mr. Manget  
 premier Medecin de Son Al-  
 tessé Electorale Monseigneur  
 le Marquis de Brandebourg  
 à Monsieur Vieussens.

MONSIEUR,

**J**E ne sçaurois assés vous remercier  
 de l'honneur qu'il vous a plu me  
 faire, en me communiquant vos riches  
 observations sur la matrice, les mam-  
 melles, les reins, le foye, la Structure  
 de la veine-porte, celle du pore biliaire,  
 & de la vessie du fiel, sur l'origine de  
 la lymphe, sur le cœur, la ratie &c.  
 par où vous fournissés des lumieres très-  
 seures, à qui voudra examiner à fond  
 tout le Systême des secretions animales.  
 Continué, Monsieur, je vous en con-  
 jure, comme je suis persuadé que tout  
 ce qui a quelque goût pour la verita-  
 ble Anatomie, & pour les solides prin-



cipes, sur lesquels est fondée toute l'économie animale, vous en conjurera; Continué, dis-je, Monsieur, vos Travaux si utiles au Public, & ne nous refusés pas la satisfaction de voir ce que vous prendrés la peine d'en écrire, comme vous avés eu la bonté de le faire jusqu'ici. J'ai une grande impatience, Monsieur, de voir votre sçavant Traité sur la Structure de l'oreille & sur l'ouïe, qui doit être enrichi, comme vous le promettés, de diverses figures. J'ai corrigé dans les Paquets destinés de votre part pour Leipsic, Amsterdam & Londres, ce que vous m'avés marqué par votre dernière du 22. du mois passé. Cette correction m'a tiré de l'embarras, où m'avoit déjà mis un Système, qui paroissoit un peu opposé à la circulation du sang, & sur quoi j'avois résolu de vous demander en grace vos éclaircissemens. Je crains, Monsieur, que vos deux Lettres imprimées, adressées à Monsieur Fagon, & contenues dans vos trois Paquets, ne passent  
avec




avec un peu de peine dans les conjonctures présentes, & qu'il ne faille ici des affranchissemens pour les faire partir. Je prierai Messieurs nos Libraires, à qui vos Paquets ont été adressés, de prendre des mesures justes pour les envoyer à leurs adresses avec seureté, & sans retardement. Je finis, Monsieur, par où j'ai commencé; à sçavoir, par vous remercier très-humblement; & après vous avoir demandé la continuation de vôtre précieux souvenir, par vous assurer du dévoûement, & du respect avec lequel je suis,

MONSIEUR,

Vôtre très-humble  
& très-obéissant Serviteur,

MANGET.


A Genève le 5. Juillet 1703.



F ij

LET.





LETTRE de Mr. Silvestre  
Membre de la Societé Ro-  
yale de Londres à Monsieur  
Vieussens.

MONSIEUR,

**J'**ETOIS prêt à partir pour aller  
passer quelques semaines à la cam-  
pagne, lorsque j'ai reçu vôtre Paquet :  
je l'ai porté moi-même à la première  
Assemblée de la Societé Royale. J'ai  
parlé des Découvertes que vous nous  
communiqués dans vos Lettres impri-  
mées, adressées à Mr. Fagon ; & j'en  
ai assés marqué le prix & l'importance,  
pour engager la Societé à les faire éxa-  
miner par ses Anatomistes ; c'est-ce qui  
a été déjà résolu. Lorsqu'on aura ve-  
rifié les Faits que vous avancés, &  
raisonné sur les conséquences que vous  
en tirés, on vous fera réponse ; & je  
ne doute pas que vous n'ayez lieu d'en  
être



être content &c. Je vous embrasse de tout  
mon cœur. A mon retour de la cam-  
pagne vous aurez de mes nouvelles.  
Je suis ,

MONSIEUR ,

A Londres  
ce 17, Juillet  
1703.

Vôtre très-humble  
& très-obéissant Serviteur ;

S Y L V E S T R E.

**Q**uemadmodum per litteras &  
testimonium scriptum D. D.  
Bibliopolarum Genevensium tibi no-  
tissimum fuit me opera tua non le-  
gisse , antequàm meo vasorum cor-  
poris humani systemati lucis usuram  
concederem ; ità quoque per supe-  
riores Illustrissimorum Virorum D.  
D. *Fontenelle* , *Manget* & *Silvestre* ,  
tibi evidentissimè patuit me probatio-  
nem unionis arteriarum renalium &  
tubulorum urinosorum , partim scili-  
cet deductam ex injectione aquæ vitæ  
croceo colore tinctæ in arterias rena-

F iij les,



les, eodem promulgasse anno, quo, tu tertium thesaurum tuum anatomicum promulgasti, in quo de unione jamjam memoratorum vasorum, ratione tamèn à mea prorsus diversa, loqueris. Quæ cum ità sint, tantùm abest, ut jurgium, quo tùm in prima, cùm in secunda epistola tua me adortus es, quodam innitatur fundamento; quin è-contra non levis mihi esset ratio dicendi te unionis, de qua nunc, arteriarum scilicet renalium & ductuum urinosorum, inventionem mihi subripuisse; cùm per epistolam celeberrimi Viri D. *Manget*, me binas litteras ad D. *Fagon* scriptas mense Julio anni 1703. Amstelodamum misisse constet, ubi eas legere potuisti. Tu verò ne unum quidem thesaurorum tuorum anatomicorum Monspelim misisti; atque adeò illos legere nequivi. Verùm absit ut ego, ad res meas paululùm attentus, & non minùs eruditionis atque experientiæ tuæ, quàm inge-



nii mei tenuitatis conscius, tam iniquum de te feram iudicium; quippe quod mihi potiùs, quàm tibi, injuriosum foret. Siquidem verisimile est neminem unquàm crediturum te quicquam eorum, quæ ad structuram & usum partium corporis humani attinent, à me vel ab aliis discere potuisse; cùm existimes te per 40. circiter annos diligentius, imò & feliciori cum successu anatomen excoluisse, quàm reliquos totius orbis medicos, ut passim ipse in litteris tuis prædicas. Hanc de te prædicationem, quam volent in partem, accipiant alii; ego verò, qui non solum ex communi famæ rumore, sed potiùs ex tuis operibus te talem cognosco, qualis quantusque reverà es, illam minimè vanam esse puto.

Quò citò dicendi finem faciam, *Vir ornatissime*, libentibus & æquis, si placet, animis breviter perpendamus, utrùm insultandi mihi quædam tibi fuisset ratio, posito quòd opera



opera tua legissem, antequàm novum Systema meum vasorum corporis humani prælo commissem. Arteriolas renales in urinosos *Bellini* ductus abire dicis in tertio thesauro tuo anatomico, pag. 40. ubi sic loqueris *Prætereà hîc vobis conspiciendos offero renes, in quibus continuationem arteriolarum cum ductibus Bellini videre licet; & hoc certè irrefragabile argumentum esse mihi videtur.* Hæcce opinio, cui velut ipsimet evidentiæ mordicùs adhærere mihi videris, te adduxit ad credendum urinam à sanguine separari arteriolarum renalium extremitatibus, in tubulos urinosos desinentibus, ut ex sequentibus verbis intelligitur, quæ pag. 41. tertii thesauri tui anatomici leguntur. *Et sic puto totum illud negotium, quod glandulis renalibus adscribitur, perfici & dependere à repletatu & constitutione peculiari extremitotum vasorum.* Si opera tua legissem, priusquàm Systema meum va-

so-



forum corporis humani in lucem edi-  
 dissem, nec tua arteriolarum rena-  
 lium & urinosorum ductuum unio,  
 nec tua urinæ è sanguine secernen-  
 dæ ratio litis mihi inferendæ locum  
 tibi præbere debuisset: tua, inquam,  
 arteriolarum renalium & urinoso-  
 rum ductuum unio illud, quo me  
 adortus es, jurgium nunquàm pa-  
 rere debuisset; quoniam extremos  
 arteriæ emulgentis fines non urino-  
 sos in ductus, sed in venulas, è qui-  
 bus vena emulgens coalescit, abire  
 persuasissimum habeo; tua quoque  
 urinæ è sanguine secernendæ ratio  
 nunquàm te ad mihi insultandum  
 adduxisset; quoniam me huic cal-  
 culum nunquàm additurum esse tibi  
 testificatus fuisset; quòd circula-  
 rem in renibus sanguinis motum  
 inexplicabilem reddat, ut tu inge-  
 nuè fateris, dum pag. 41. tertii the-  
 sauri tui anatomici, hæc quæ se-  
 quuntur, in medium affers. *Quomo-*  
*da, ais, jam sanguis venosus refluat?*



ubinam venæ laticem suum refluxum  
 sortiantur? An hoc per anastomoses in-  
 visibiles, antequàm in ramusculos exe-  
 ant arteriolæ, & in ductus Bellinos  
 degenerent? An omnes extremitates ar-  
 teriolarum in ductus Bellinos muten-  
 tur? An secus? Observare nequeo. Oculi  
 mei non adeò lyncei, ut hunc nodum  
 solvere queam. Vides itaque te sen-  
 sim labyrinthum subiisse, è quo non  
 Ariadnes filo duce egredieris, sed  
 sola veritatis face, quæ in tuis an-  
 norum quadraginta inquisitionibus  
 extremitatum vasorum corporis hac-  
 tenùs tibi, uti optassem, illuxisse  
 non mihi videtur; atque adeò po-  
 sitâ sententiâ tuâ de unione arte-  
 riarum renalium & tubulorum uri-  
 nosorum, & de modo, quo urina  
 è sanguine in renibus secernitur,  
 circulationem sanguinis in visceri-  
 bus illis inexplicabilem esse non abs-  
 re dixisse tibi procul dubio videbor,  
 cùm persuasissimum habere debeas  
 hanc à nemine explicari posse; si  
 cre-



credis quod toties decantasti , ne-  
 minem scilicet unquàm methodum  
 tuâ meliorem in excolenda anatome  
 adhibuisse ; atque adeò nullum in-  
 ter anatomicos accuratiùs , quàm te ,  
 arteriarum omnium corporis extre-  
 mitates , circumvolutiones , inser-  
 tiones , & munia ipsarum explicuif-  
 se. An hoc verum sit ( istis par-  
 cat Magister discipuli verbis ) ipse  
 judicabis , si oculos convertere dig-  
 neris in epistolam meam ad clariss.  
 virum D. *Boudin* dignissimum *fere-*  
*nissimi Delphini* Archiatrum de no-  
 vis meis in corde inventis. Quan-  
 doquidè in cerebro , ut & in re-  
 nibus , inexplicabilis esset sanguinis  
 circuitus , & multa suborirentur in-  
 commoda , quæ universam œcono-  
 miam animaleam frequentissimè sub-  
 verterent , si extremitates arteria-  
 rum viscus illud irrigantium in va-  
 sa nonnihil mollia & cineritia desi-  
 nerent , quæ corticalem illius sub-  
 stantiam constituunt : huic profectò



sententiæ me suffragantem non habuisses, si opera tua legissem, antequàm novum Systema meum vasorum corporis humani promulgassem; & idcirco nullus tibi fuisset mecum litigandi locus; quoniam, uti vides, diverso prorsus modo sentimus de origine ductuum urinosorum & ductuum cineritiam cerebri substantiam constituentium, atque adeò de ratione, qua urina & spiritus animalis arterioso è sanguine secerantur.

Quòd attinet ad vasa eum, quo nutritur foetus, succum devehentia; non video sanè qua de causa dixeris mihi met-ipsi illa vindicare voluisse, cùm primæ inventionis eorum gloriam celeberrimo *Malpighio* pag. 3. Systematis mei vasorum humani corporis tribuerim, ut procul dubio animadvertisses, si meum hoc opusculum attento legissem animo. Prætereà inventionis vasorum eorumdem gloriam in virum jamjam lau-



laudatum transdixi pag. 63. epistolæ meæ responsoriæ ad excellentissimos Collegii Lugdunensis Medicos, Monspeli anno 1698. Typis excusæ : ubi sequentia leguntur. Excretoria autem, quæ modò dixi, matricis vasa primus indicavit *Illustrissimus Malpighius*, uti videre est in eo tractatu, quem ea de parte corporis muliebris scripsit; ubi de dissecta à se matrice quarundam fœminarum, sive ante, sive paulò post partum, mortuarum, sic loquitur.

*Huic uteri superficiei, inquit; graviditatis tempore pellicula quædam adnascuntur, quæ chorio præcipuè & placenta connectuntur; hæ molles sunt & mucosæ, facileque lacerantur. Ab his rete quoddam fulciri & produci videtur, quod cinereis quibusdam, & friabilibus componitur corporibus, quæ tereti formâ pollent, & propagatis lateraliter ramis in retis formam implicantur, pisciumque omentum representant. Circa hæc corpora sanguineæ ludent propagines varicosè ductæ, & versus chorion & placentam elongatæ.*



*An exarata corpora , ait idem Auctor ,  
reticulariter implicita sint fibræ carneæ  
an nervi ? An satiùs excretoria uterì  
vasa judicabis . Et verò cùm hæcce  
vasorum , succo nutritio foetus vehen-  
do dicatorum , descriptio ad hæc  
plurimum obscura mihi videretur ,  
huic sequentia addidi , ut eam cla-  
riorem redderem , quæ leguntur  
pag. 64. & 65. epistolæ meæ res-  
ponsorix ad excellentissimos Colle-  
gii Lugdunensis Medicos suprâ ci-  
tatæ : ubi locutus sum ut sequitur .  
De meo adjungam aliquid , si modò fini-  
tis , *Viri clarissimi* , die 23. mensis Octo-  
bris anni 1678. posteaquàm cultro anato-  
mico aperuissem cadaver Puellæ cujusdam  
gravidæ , cujus nomini parco , converti me  
statim ad scrutandum uterum , in cujus  
interiore superficie , cui placenta cohære-  
bat , deprehendi , ( separatâ scilicet atque  
semotâ placentâ ) mammulas admodum  
multas totidem cotyledonibus specie suâ  
simillimas . Ex iis mammulis , ut quæque  
erat aperto atque hiantè ore , ità maximè  
poculum quoddam minutum repræsenta-  
bat ; pleræque autèm humorem verè lac-  
teum*



reum continebant. Equidem ab eo tempore cum semper credidi, tum chartis mandavi, & sæpissimè dixi, excretoria vasa, de quibus suprà, illustrissimi *Malpighii* verum ac proprium esse uteri colatorium, quale describit idem auctor, contextum videlicet canaliculis quibusdam à vasis sanguiferis distinctis : eò nempè confluit undique uterinum *clarissimi Bayle* fermentum, fluxûs menstrui causa : ibi toto uteri gravis spatium chylus alendo fœtui destinatus percolatur, exsugiturque extremis venæ umbilicalis capillis extantibus, facillèque, saltèm propiùs intuenti, conspicuis in extima face placentæ à suo cadavere adhuc recentis. Irrepunt hi capilli in mammas, quibus deinde anastomosi mutua copulantur. Quam itaque uteri partem placenta arripuit, hæc latenti adhuc infanti idipsum præstat, quod postmodum producto in lucem mamma utraque præstabit; chylosam scilicet, ut cuique notum est, materiam secernit à sanguine, matri præripit infantis causâ.

Ex suprà dictis intelligis primò, *excellētissime Vir*, me gloriam inventionis vasorum, de quibus nunc, *D. Malpighio* tribuisse : secundò intel-



telligis me anno 1698. de iisdem vasis fat fusè dixisse, & inchoato à Viro celeberrimo jamjam laudato illorum descriptionem clariorem reddidisse. Quæ cum ita sint, te latere minimè potest mihi nunquam in animo fuisse hæc-ce vasa mihi vindicare, & me illa longè antè te vidisse, saltèm in utero muliebri, in quo tu hæc nunquam vidisti, ut ipse ultrò fateris. Cæterùm ut aliis, quemadmodùm tibi, jus tribuam, pace tua dicam, quòd si primam inventionem vasorum lymphatico-nerveorum uteri ovilli alicui tribuendam habuissem, eam profectò non tibi, sed Medicis quibusdam istius urbis tribuissem, à quibus ejusmodi vasa quindecim circiter abhinc annis planè demonstrata fuisse auditione accepi, si id præstare potuissem, intactâ & illæsâ gloriâ *celeberrimi Malpighii*, qui primus hæc ipsamet vasa, non solum in utero muliebri nobis manifestè indicavit, ut ex suprâ

dic-



dictis liquet, sed & in utero ovillo, ut ex sequentibus illius verbis luculenter patet, quæ pag. 684. tom. primi Bibliothecæ anatomicæ editionis secundæ leguntur.

*Superatis ait vasorum, fibrarumque carnearum implicationibus & tunicis, secto secundum crassitiem utero, in gravidis præcipue, spatium quoddam, seu interstitium interdum semi digiti per transversum occurrit, quod à reticulari contextura occupatur, quâ subvitellina quædam corpora vasorum speciem habentia, prout videre licuit, ad internam uteri superficiem producta firmantur; circa hæc ludunt sanguineæ minimæ propagines; ita ut quasi omentum excitetur. Uterus internam membranam quædam ambitur, quæ minima & innumera habet orificia glutinosum, mucosumque fundentia humorem, quo uterus ipse & vagina perpetuò madent. Quare compresso utero profilit huiusmodi mucosus ichor. Patent autem hæc excretoriorum vasorum ora, si diu in-*



terior uteri membrana aquâ maceretur,  
 & in ovibus præcipuè obvia sunt. Qua-  
 re probabile est subvitellina exarata  
 corpora his orificiis in uteri concavita-  
 tem hiare. Idem Auctor de vasis ex-  
 cretoriis jamjam memoratis verba  
 facere pergens, paulò inferiùs sic  
 habet. *Admittunt autem inquit, erum-  
 pentes à chorio subintrantes radices;  
 ità ut ex his duabus insitis partibus  
 completa habeatur glandula, qua se-  
 paratum ab utero alimentum fœtui sub-  
 ministratur.* Jamjam dictis addam  
 quòd vix quinque elapsi sunt anni,  
 à quibus vir clarissimus D. Deidier  
 Universitatis medicinæ Monspelien-  
 sis Professor Regius vasa, de qui-  
 bus agitur, sæpe numero in utero  
 ovillo, imò & semel in utero mu-  
 liebri filio meo natu majori, & plu-  
 ribus aliis Medicinæ candidatis, meos  
 antè oculos, apertissimè exhibuit.  
 His, quæ verissima sunt, positis,  
 persuasum non habere non potes,  
*Vir clarissime,* me illud, quo me  
 ador-



adortus es, jurgium nullo prorsus  
inniti fundamento; præsertim cum  
luce clarius pateat, vasa, quorum  
inventionem immerito tibi vindi-  
cas, nobis primùm ab illustrissimo  
*Malpighio* fuisse indicata; & cum  
pro certo habere debeas non pau-  
cos in hac urbe Medicos esse, qui  
eadem vasa multis abhinc annis pla-  
nè demonstraverunt. Verumtamèn  
ne ullum de te iniquum feratur ju-  
diciū, facile censere velim, te an-  
te hac nec jamjam laudati viri de  
utero dissectionem attento legisse a-  
nimo, nec ultima opera mea supe-  
rius citata vidisse; & ne quid de ju-  
re tuo detrahatur, fatendum esse  
duco te Amstelodami aspexisse lym-  
phatico - nervea uteri ovilli vasa, à  
te vermicularia nuncupata, quæ nos  
Monspeliæ aspeximus. Ast te, fateor,  
eximiâ, qua hujusmodi vasa repræsen-  
tantur, figurâ nobis superiorem præ-  
dicare debemus; Hujus figuræ ex-  
plicatio sic legitur pag. 97. secun-



di thesauri tui anatomici. *Portio*,  
 inquis, *tunicæ intimæ uteri ovinî gra-*  
*vidi, per quam myriades vasorum no-*  
*vorum lumbricalium visuntur distribu-*  
*ta, suntque transparentia, succumque*  
*preparantia, pro fœtus, in utero hos-*  
*pitantis, alimento.* Cùm hætenùs à  
 nemine antè me, quod sciam, imò  
 nec à memet-ipso vasorum, succo  
 fœtûs nutritio vehendo dicatorum,  
 origines, distributiones, & insertio-  
 nes, & vera ratio, quâ placentæ  
 uterinæ coalescunt, & in vasa ejus  
 sese exonerant, rectè explicatæ fue-  
 rint. Mirari non debes, quòd de  
 his omnibus fusè & nitidè, quan-  
 tùm potui, egerim in meo vasorum  
 humani corporis Systemate; ubi e-  
 tiàm vasa uterina ovis gravidæ des-  
 cripsi, quòd facilè planèque Medi-  
 ci ipsi, qui anatomen excolere de-  
 dignantur, intelligere possint, qua-  
 lis quantaque sit differentia struc-  
 turæ uteri muliebris, & uteri bru-  
 tarum animantium Cotyledonife-  
 rarum.

Su-



Supereſt tantùm perpendendum;  
*Vir præſantiſſime*, An aliquam ha-  
 bueris rationem dicendi me quod-  
 dam placentæ uterinæ integumen-  
 tum mihi vindicaſſe, quod à te pri-  
 mò inventum eſſe prædicas, ut eo  
 meum Systema vaſorum corporis  
 humani adornarem. Certo certius  
 eſt me de hoc integumento ne unum  
 tantùm in hoc opusculo meo ver-  
 bum feciſſe: proptereaque hujusmo-  
 di propoſitio ( ingenuè fateor ) ità  
 me obſtupefecit, ut niſi mea in te  
 obſervantia id impediret, hîc ipſa  
*Terentii* verba adhiberem, & dice-  
 rem ( tuam nequeo ſatis mirari ra-  
 tionem, eſt herclè inepta atque  
 abſurda ) quis, amabo, non obſ-  
 tupeſceret, ſi quas invitus partes  
 hodie ſuſtineo, eaſdem ipſe ſuſtinen-  
 das haberet. Ut ut acres atque a-  
 cutos habeam oculos, hîc à conſ-  
 pectu meo te amiſi. Dum tres nu-  
 perrimè legerem theſauros tuos ana-  
 tomicos, te ubivis acerrimo inge-



nio, & exquisitissimo judicio præ-  
 ditum agnoscebam. Verùm ( parce  
*clarissime Vir*, sequentibus verbis,  
 quemadmodùm ego iis omnibus lu-  
 bens peperci ludibriis, seu potius  
 insultationibus, quibus me læsisti )  
 verùm, inquàm, dum me novum  
 tuum placenta uterinæ integu-  
 mentum tibi furatum esse conten-  
 dis, in aberrationem à veritate pror-  
 sùs in auditam, & aliqualem eclipsi-  
 fin judicii, aut saltèm memoriæ,  
 redolentem te lapsum prospicio.  
 Siquidem me unam tibi rem furto  
 rapuisse vis, de qua ne unum sanè  
 verbum feci in meo vasorum cor-  
 poris humani Systemate, ut suprà  
 dixi. Quò tibi æqua tribuam, cre-  
 dere velim hunc-ce locum, in quo  
 de tuo in placenta uterina invento  
 loqueris, non mihi, sed cuipiam alii  
 medico paratum, merâque incon-  
 siderantia in litteris tuis repositum  
 fuisse. Inventum jamjam memora-  
 tum, quod novum esse contendis,  
 pa-



( ace quod fiat tua ) rem esse dicam æquè antiquam ac membranas, intrà quas foetus per novem, ut plurimum, menses coërcetur. Equidem tenellulum integumentum placentaë uterinæ superstratum, qua scilicet parte interiori uteri superficiem respicit, nihil aliud est quàm exterior chorii superficies, seu potius chorion ipsum, ut ex iis colligere licet, quæ pag. 43. & 44. Systematis mei vasorum corporis humani dixi de ratione, quâ formatur placenta subrubra, quæ in utero gravidæ ovis imæ parti foveæ uniuscujusque cotyledonis adhæret: id, ut quod res est, dicam, ipsemet olfecisti, ut ex sequentibus verbis patet, quæ pag. 54. secundi thesauri tui anatomici leguntur.

*Dicta substantia, inquis, membranacea, tenacitate carens, vix ac ne vix quidem separabilis est à placenta, videturque aliquatenus convenire ratione substantiæ cum chorio membranâ,*



*cujus continuatio esse videtur, quæ etiam in homine neutiquàm tenax.*  
 Quanquàm, ea quæ hætenùs dixi, tuam erga me parùm honestam agendi rationem nullius fuisse fundamenti satis superque probare videntur; ex abundanti novi Systematis mei vasorum corporis humani excerptum, gallico idiomate conscriptum, & à D. *Marret* Bibliopola Amstelodamensi cursu publico ad me missum, apolegeticis istis subnec-tam litteris, ne quid eorum in illis desiderari videatur, quæ me nihil tibi furto rapuisse, atque adeò à te indignis prorsùs modis acceptum esse evidentissimè demonstrare possunt. *Batavus est ( & Batavus quidem eruditissimus & facundissimus excerpti illius auctor )*, quo cum nulum unquàm, qui meus fuisset honos, litterarum commercium habui: Amstelodami commoratur; omnia opera tua legit. An nè tuum voluisset tibi Amstelodamensi jus dene-  
 ga-



gare , ut illud mihi alienigenæ tribueret ? id minimè credibile. Anne , inquam , sibi temperare potuisset , quin me de furto arguisset , si meo in perlegendo vasorum humani corporis Systemate , quoddam inventorum tuorum à me tibi subreptum fuisse agnovisset , quin nominis tui mentionem in eo habuissem ? Cùm de re multò levioris momenti me arguere dedignatus non fuerit ; dum sub finem sequentis excerpti hujusce opusculi mei ea , quæ illud complectitur , me non satis recto dispensavisse atque disposuisse ordine promulgavit.







## ARTICLE VI.

RAYMUNDI VIEUSSENS,  
 Doctoris Medici Monspeliensis,  
 Regiæ Societatis LOND.  
 SOCII, NOVUM VASORUM  
 CORPORIS HUM. SYSTEMA.  
*C'est-à-dire*, Nouveau Systême  
 des Vaisseaux du Corps  
 Humain, par Mr. Raymond  
 Vieussens Docteur en Médecine  
 de la Faculté de Montpellier,  
 & Membre de la Société  
 Royale de Londres.  
 A Amsterdam chés Paul Marret 1705.

**L** E nom de Mr. Vieussens est fort  
 connu dans la République des  
 Let-



*Lettres par les divers Ouvrages, dont il l'a enrichie & dont le principal est sa Nevrologie, qui a esté généralement estimée. Ce nouvel Ouvrage ne le sera pas moins par tous ceux, qui aiment les nouvelles découvertes en matière de Médecine, & qui ne sont pas fachez, qu'on les desabuse & qu'on les instruisse. Pour ceux qui sont ou trop paresseux, ou trop fiers pour vouloir desapprendre, & dont le nombre n'est que trop grand, il y a apparence que ce Livre n'aura pas le bonheur de leur plaire. Le but principal, que Monsieur Vieussens s'y propose, est d'examiner les principales membranes du corps humain, & de faire voir, qu'elles ne sont toutes qu'un composé d'un nombre infini de veines & d'artères, qui ont communication les unes avec les autres, en sorte que les extrémités de ces deux sortes de vaisseaux ne composent qu'un seul tuyau. Il examine l'origine de tous les vaisseaux \* Secretoires, leur progrès & leur insertion,*



Et il explique la manière dont se font toutes les sécretions & excrétions nécessaires pour la conservation de l'animal ; manière , qui estoit tout-à-fait inconnue jusqu'à present , & que Mr. Vieussens a decouverte à la faveur du microscope & d'un tres-grand nombre d'experiences , qui doivent lui avoir coûté beaucoup de patience & de peine.

Il commence par les découvertes qu'il a faites sur la matrice. Il a reconnu que sa surface interne , après en avoir ôté la membrane déliée & poreuse qui la couvre , est toute composée de petits corps à peu près de figure ronde , de couleur cendrée , & comme autant de petites vesicules , qui sont dans les extremités de petits tuyaux Vesiculeux-Lymphatiques , qui conjointement avec les conduits Sanguiferes , composent tout le tissu interieur de la matrice. Ces vaisseaux , tirant leur origine des arteres , se terminent aux parois des veines. A l'égard de la membrane commune de la Matrice , l'Auteur a de-

cou-



*ouvert par le microscope , qu'elle n'est qu'un tissu de conduits Sanguifères , & Lymphatico-nerveux, diversement entrelacez. On verra dans l'Auteur l'usage de tous ces conduits.*

*Il a examiné avec soin la matrice d'une brebis , & il a trouvé qu'elle estoit composée de trois membranes , l'une commune & deux particulieres , & que chaque membrane n'étoit qu'un tissu de plusieurs vaisseaux. L'extérieure , qui est la commune , est formée d'un nombre infini de vaisseaux Lymphatico-nerveux , mêlez de quelques vaisseaux Sanguifères. De chaque point de la surface intérieure de cette Membrane naissent plusieurs filamens d'un blanc cendrex , qui se terminent à la membrane , qui est au dessous de la première , & qui servent à la former. Ces filamens ou plutôt ces vaisseaux Lymphatico-nerveux , joints à un nombre infini de tuyaux Lymphatiques , qui tirent leur origine des parois des arteres , & à plusieurs conduits*  
*San-*



*Sanguifères de la premiere membrane propre de la matrice , sont tellement disposez , qu'ils composent divers rangs de fibres , disposées en long , de travers , & obliquement , & qui environnent de toutes parts ce Viscere. On a crû jusqu'ici que ces fibres estoient musculenses ; mais il est sur qu'elles sont composées de ces differens vaisseaux , dont on vient de parler.*

*Après avoir reeonnu les vaisseaux , dont la premiere membrane particuliere de la matrice est composée , l'Auteur examina leur progrès & leurs divers entrelacemens. Il trouva qu'ils se terminoient en divers petits pelotons , composez de vaisseaux , dont la surface exterieure est formée par un très-grand nombre de petites arteres , de petites veines , & de petits tuyaux Lymphatico-nerveux , entrelacez d'une maniere admirable ; la partie interieure de ces pelotons est formée d'un nombre indefini de vaisseaux Lymphatico-nerveux , entremêlez de plusieurs petites veines,*



veines, & petites arteres. Ces pelotons sont les racines des Cotyledons qui paroissent élevez dans la cavité intérieure de l'uterus, separez les uns des autres, creux & faits en forme de godet. Ces Cotyledons sont des corps ronds & blancs arrosez de conduits Sanguiferes, les uns plus petits, & les autres plus grands. Ces Cotyledons sont si gros dans les brutes, principalement lors qu'elles sont pleines, qu'ils semblent tout autant de petits monts, separez les uns des autres par de petites vallées. La partie interne de ces globules, composée d'une infinité de petits tuyaux Lymphatico-nerveux enveloppez & comme devuidez les uns sur les autres, paroît d'abord d'une couleur cendrée; parceque les veines & les arteres, qui sont entremêlées avec ces tuyaux Lymphatico nerveux, sont si petites, qu'à peine les peut-on decouvrir sans microscope, du moins dans les brebis, qui n'ont pas encore conçu. Ces conduits, qui composent les Cotyledons, vien-



nent des arteres & se terminent aux  
 veines , sans qu'il y en ait aucun , dont  
 l'extremité & l'ouverture s'aillent termi-  
 ner à la cavité de la matrice. Mais  
 dans les femmes il y a plusieurs des  
 vaisseaux Lymphatico-nerveux , qui  
 composent la substance spongieuse de la  
 matrice , qui se terminent à sa cavi-  
 té , & forment sa paroi interne par  
 leurs extremitéz rondes & poreuses.  
 De-là vient que les femmes sont su-  
 jettes à des purgations auxquelles les  
 brebis ne sont point sujettes. On verra  
 dans nôtre Auteur les decouvertes qu'il  
 a faites sur les membranes du sac ,  
 qui envelope le fœtus , sur leur stru-  
 cture , & leur étroite union avec les  
 Cotyledons & la veine umbilicale.  
 Nous remarquerons seulement que , se-  
 lon lui , le Chorion & l'Amnios , sont  
 deux Membranes étroitement unies en-  
 tr'elles , & qui ne sont composées que  
 de divers vaisseaux Sanguiferes &  
 Lactiferes , ployez & entrelacez les  
 uns avec les autres.



Mr. Vieussens explique aussi, comment sont construites la peau & l'épiderme, qui couvrent tout le corps, quels sont les vaisseaux par où se fait la transpiration & la sueur. Pourquoi ceux qui se sont baignez deux ou trois fois dans l'eau de la mer ont la salive salée. Pourquoi le bain dans de l'eau douce excite à uriner fréquemment. Comment le Mercure appliqué sur la peau en forme d'onguent passe dans les vaisseaux sanguifères.

Il s'arrête surtout à faire voir pourquoi on rend sitôt par les urines les eaux minérales qu'on a buës. Il prétend que le chemin par où elles passent dans les reins est & très court & très large. Les tuyaux qui forment ce chemin sont les vaisseaux Lymphatico-nerveux du premier lieu où les alimens sont reçus, qui tirent leur origine de ses artères; & se terminent aux veines, qui les accompagnent; les veines gastriques & gastro-epiploïques; les conduits Lymphatico-nerveux des intestins grèles, qui

K      nais-



naissent de leurs arteres & se terminent à leurs veines ; les veines mesaraïques , qui s'unissant avec la veine splénique & les veines gastriques & gastro-epiploïques , se terminent au tronc large de la veine porte ; une infinité de rameaux de la même veine dont le foye est tissu ; la partie supérieure du tronc inférieur de la veine cave ; la cavité droite du cœur ; l'artere & la veine pulmonaires ; la cavité gauche du cœur ; la partie haute du tronc inférieur de l'Aorte & les arteres émulgentes. Ce chemin qui paroitra court à tous ceux qui ont une légère connoissance de l'Anatomie , est appelé large , parce qu'il est composé d'une infinité de petits sentiers , qui se réunissent , qui ont communication les uns avec les autres , & qui aboutissent au même lieu , qui sont les reins.

Mais outre ce grand chemin , qui conduit les liqueurs dans les reins , il y a encore d'autres petits tuyaux dont l'ouverture repond à la cavité des intestes-



testins, & qui les portent, du moins en partie, dans le même lieu; ce sont les veines lactées, le reservoir de Pequet, & le canal Torachique, qui se termine à la veine axillaire gauche. Il est vrai que ce conduit, qui est principalement destiné à porter le chyle, est tres long & fort étroit, & ne peut porter que fort lentement aux reins les eaux qu'on a bûës.

Voici, selon Mr. Vieussens, comment les eaux passent par les chemins que nous venons de marquer. Dès que les alimens ont passé en forme de bouillie de l'estomac dans les intestins grèles, ce viscere, qui s'estoit dilaté par ces alimens, se resserre naturellement, & à mesure qu'il se resserre, tous les vaisseaux dont il est composé se resserrent aussi. Ces vaisseaux ainsi resserrez & comme repliez retardent le mouvement des liqueurs qu'ils contiennent, & viennent par conséquent à s'enfler. Dès que les vaisseaux Lymphatiques de l'estomac avec les arteres & les vei-



nes s'enflent, les ouvertures des tuy-  
 aux secretoires, qui en naissent, de-  
 viennent plus grandes & laissent un  
 libre passage au ferment de l'estomac.  
 Au moment que l'estomac est dilaté par  
 les alimens qu'il reçoit, tous les tuyaux  
 dont il est composé s'allongent & se de-  
 plient, & en même tems les liqueurs  
 qu'ils contiennent coulent plus vite &  
 plus librement. De plus, dès que ce  
 viscere se dilate, ses tuyaux secre-  
 toires deviennent plus courts, s'apla-  
 nissent, & se tirent reciproquement:  
 par ce moyen leurs extremités s'ouvrent  
 tellement, que les parties des eaux mi-  
 nerales, qui sont naturellement fluides,  
 s'y insinuent sans peine, & les portent  
 aux vaisseaux Lymphatiques de l'esto-  
 mac, d'où elles passent dans les che-  
 mins que nous avons marquez ci-des-  
 sus, & sont portées aux reins avec le  
 sang, dans lesquels elles en sont sepa-  
 rées. Il en est de même des solides & des  
 fluides, qui entrent dans les intestins  
 grèles. On s'est un peu arrêté à expli-  
 quer



quer ce sujet ; parceque jusqu'à present la maniere dont les liqueurs que l'on boit passent de l'estomac dans les reins , pour se rendre de là dans la vessie , a esté un des mysteres inexplicables de la Medecine. Nous nous arrêterons beaucoup moins sur ce qui suit.

Nôtre Auteur a examiné avec soin l'estomac , pour connoître sa structure , & a trouvé que sa surface interne est composée d'une infinité de petits tuyaux , qui tirent leur origine de ses vaisseaux Lymphatiques , & qui s'insinuent dans leurs cavitez. Plusieurs experiences tres curieuses , & qu'il raporte , l'ont confirmé dans ce sentiment. Il en est des intestins à peu près comme de ce viscere.

Mr. Vieussens reprend dans la suite la matrice d'une brebis , & par les experiences qu'il a faites , il conclut , que le fœtus ne se nourrit point du sang de la mere , comme l'ont crû les anciens Medecins. Après avoir expliqué la véritable maniere dont il croit que le fœtus de la brebis se nourrit , il applique



cela à la maniere dont l'enfant se nourrit dans le ventre de sa Mere ; & pour cet effet il l'examine depuis le moment de la conception , jusqu'à sa naissance. Il croit qu'immédiatement après la conception , les vaisseaux Lymphatiques de l'uterus s'unissent avec les vaisseaux Lymphatiques des membranes de l'œuf , qui contient le fœtus ; en sorte que ces vaisseaux differens ne peuvent plus être considerez que comme des vaisseaux continus , qui se terminent aux parois des productions de la veine umbilicale , repandues dans tout le placenta , & qui dechargent dans leurs cavités le suc destiné à la nourriture du fœtus , où il se mêle avec le sang. Quoique ces vaisseaux ne fussent que Lymphatiques avant la conception , puis qu'ils ne contenoient qu'une Lymphé impregnée d'esprits animaux , on doit les considérer après la conception , comme des vaisseaux lactées , puis qu'ils sont pleins , pendant tout le tems de la grossesse , d'un suc lymphatique - nerveux - lacté.

Tous



Tous les Medecins conviennent ; qu'il y a un grand raport & une espece de communication entre les mammelles & l'uterus : cela a porté l'Auteur à en examiner la structure , & à tâcher de découvrir les conduits qui forment cette union. Il a trouvé que la contexture des mammelles , est à peu près la même que celle de l'uterus. Il fait voir en quoi ces deux parties se ressemblent & en quoi elles different ; & le raport qu'il y a entr'elles lui fournit l'occasion d'expliquer comment les parens communiquent leur naturel & leurs inclinations aux enfans ; & comment les femmes grosses , qui ont envie de certaines choses , peuvent imprimer la figure de ces mêmes choses sur les enfans , qu'elles portent dans leur sein. Il s'attache à prouver l'existence des glandes vesiculeuses , qui sont attachées aux parois de tous les vaisseaux sanguifères ; & c'est dans cette vûë , qu'il parcourt le plûpart des viscères , sur chacun desquels il a fait diverses experiences.



riences, la plupart tres curieuses. Il a examiné par exemple, la membrane du pericarde, & l'a trouvée, de même que toutes les autres membranes du corps, composée de plusieurs vaisseaux lymphatique-nerveux, de couleur cendrée; les diverses glandes vesiculeuses des membranes particulieres du pericarde, lui ont paru composées de la même maniere. La membrane propre du cœur & de ses oreillettes, la superficie extérieure de tous ses vaisseaux lui ont paru toutes couvertes de semblables glandes; & il n'y a dans toutes ces parties que tres peu de difference à cet égard. Par exemple, les glandes vesiculeuses des vaisseaux du cœur different de celles de sa membrane, & de celles du pericarde, en ce qu'elles ne paroissent pas composées seulement de tuyaux de couleur cendrée, mais de certains petits tuyaux sanguiferes & rougeâtres, differemment entrelacez & roulez les uns avec les autres, en sorte qu'ils forment une espece de forêt de vaisseaux



seaux, qui, quoique tres épaisse, ne paroît pas tout-à-fait opaque; mais plutôt transparente, quand on la regarde au Soleil, parce qu'elle est composée de plusieurs espèces différentes de vaisseaux, les tuniques desquels prises chacune à part, sont transparentes.

L'Auteur a fait les mêmes expériences sur l'Aorte & sur la Veine cave, & a trouvé dans leurs parois les mêmes vaisseaux. Les glandes composées de ces vaisseaux sont plus ou moins grosses, selon qu'elles sont composées d'un plus grand ou plus petit nombre de vaisseaux; & parceque le tissu des glandes des veines est plus simple, que celui des glandes des arteres, on a de la peine à les apercevoir sans microscope.

L'aorte & ses rameaux n'ont que quatre tuniques, l'Auteur appelle la premiere & plus extérieure nerveuse, parce qu'on y trouve un nombre infini de productions nerveuses, nerveis propaginibus; la seconde vasculaire; la troisième spongieuse, & la quatrième

L

me



me interne. Il a fait diverses decouvertes curieuses sur chacune de ces tuniques ou envelopes. Il appelle conduits secretoires, certains conduits, qui naissent de l'Aorte, & qui ne servent qu'à separer certains suc's fluides du sang arteriel. Il divise encore ces vaisseaux en deux especes, à l'égard de leur double office, les uns qui retiennent le nom general de secretoires, & qui ne separent que ces liqueurs, qui dans leur cours servent à nourrir les parties, & à les rendre propres à exercer leurs fonctions, & qui ensuite retombent dans la cavité des veines, afin que par le moyen de la circulation & de la fermentation, elles se purifient de plus en plus, & deviennent ainsi plus pures & plus subtiles. Tels sont les vaisseaux Lymphatiques-nerveux, qui servent à la formation des muscles, & tous ceux qui composent les membranes du corps.

Les vaisseaux de la seconde espece ont le nom d'excretoires, parce qu'ils ne separent du sang arteriel que les  
hu-



humeurs , qui doivent être chassées hors du corps : parceque , si elles se remèloient de nouveau avec le sang , elles pourroient nuire à la santé. Tels sont les vaisseaux spongio-urineux des reins , & les tuyaux du foye , qui servent à porter la bile. Il y a des vaisseaux , qui ont les deux offices , que nous venons de marquer ; c'est à dire , qui sont sécretoires & excretoires , tels sont les vaisseaux vesiculo-lymphatiques de la matrice. Il y a d'autres divisions de ces vaisseaux , qu'on verra dans l'Auteur.

Après avoir examiné la structure de l'Aorte , il examine celle de la veine cave. Il pose pour principe que les commencemens de toutes les veines capillaires doivent être considerez , comme les extrémités de toutes les arteres capillaires. Tous les rameaux des arteres deviennent plus petits , à mesure qu'ils s'éloignent de leurs troncs , ils ressemblent peu à peu aux veines , & deviennent enfin tout-à-fait ces derniers vais-



seaux. Il ne faut donc pas regarder les veines & les arteres, comme des canaux differens ; mais comme des canaux continus, ou comme des tuyaux, qui, par le moien de certains conduits vesiculeux tres petits ont communication entr'eux. Le sang donc par une circulation continuelle passe des arteres dans les veines, sans le secours d'aucuns pores de communication, par lesquels les humeurs se filtrent, tant celles qui doivent être seulement separées du sang, pour quelque tems, que celles qui doivent être tout-à-fait chassées hors du corps, comme les Medecins l'ont prétendu jusqu'ici.

Mr. Vieussens passe de la veine cave à la veine porte & à la veine du poumon, & rencontre par tout la même structure & les mêmes vaisseaux. Selon ses principes, il trouve que les causes de toutes les fièvres malignes ne procedent que de ce que les excretions & secretions des humeurs ne se font pas comme elles devroient. Ce Système  
me



me lui sert à expliquer tous les symptômes de ces maladies.

Il montre après cela l'origine de tous les vaisseaux excretoires. Il fait voir, par exemple, que tous ceux qui servent à separer l'urine, tirent leur origine des parois des arteres émulgentes. Il examine avec soin la structure des reins, & conclût que leur substance extérieure est toute composée de vaisseaux de différente espece, d'arteres, de veines, & d'un nombre infini de filamens, qui tirent leur origine de leurs membranes. L'interne est aussi composée de trois sortes de vaisseaux, sçavoir, d'arteres, de veines, & de conduits spongieux ou urineux. On recherche ensuite les conduits de l'urine, on fait voir leur origine; leur progrès, leur structure, & la maniere dont ils exécutent les fonctions auxquelles la nature les a destinez. Tout cela meriteroit que nous nous y arrêtaussions: mais nous craignons d'être trop longs. Il suffira de dire en general, que jamais aucun Medecin n'é-



toit entré dans un si grand détail par rapport à ce qui concerne la structure particulière des reins : c'est un des endroits de cet Ouvrage , qui paroissent le plus travaillez. Il prouve après cela que tous les vaisseaux excrétoires & secrétoires tirent leur origine des artères & se terminent aux veines. A quoi il joint diverses observations curieuses faites sur les reins & sur les pierres , qui s'y forment. Il en conclût que ces parties deviennent quelquefois membraneuses , creuses & fort grandes , & servent à separer l'urine , sans qu'il y soit resté aucune de ces glandes auxquelles les Medecins attribuoient cet office.

Des reins il passe au foye & à la vessie du fiel , & montre comment s'y font les secretions & les excretions. Il explique la structure du Pancreas. Il croit que c'est un corps glandulo-vasculaire de couleur cendrée , envelopé de deux membranes , destiné à separer la lymphe du sang arteriel , & à la verser en partie dans la veine splénique ,  
&



& en partie dans la cavité du duodenum.

L'Auteur finit en corrigeant quelques erreurs, qu'il avoüe avoir commises dans sa Neurologie, principalement dans la description de la pie Mere, à l'égard desquelles il a fait beaucoup de nouvelles découvertes, depuis que ce premier livre a esté publié. Il suffira de dire, qu'il a trouvé que ces deux membranes sont à peu près construites de la même maniere, que les autres membranes du corps humain, que nous avons décrites ci-dessus. Il parle aussi de la substance du cerveau, de la glande pineale, de la pituitaire, & des autres parties de ce viscere, & répand sur tout cela de nouvelles lumières.

Mr. Vieussens nous promet un Ouvrage beaucoup plus grand que celui-ci. Il y expliquera les principes généraux de la Medecine depuis le tems d'Hipocrate, jusqu'à present, & y ajoutera ses principes particuliers. On doit souhaiter qu'il dégage au plutôt  
sa



sa parole. En mon particulier j'ai lu avec un singulier plaisir l'Ouvrage, dont je viens de donner l'Extrait. Seulement y aurois-je souhaité un peu plus d'ordre ; ou qu'il eût du moins été divisé en Chapitres, qui eussent eu chacun leur titre particulier : mais ce défaut n'empêche pas que l'Ouvrage en lui-même ne soit excellent.

**S**Ub finem ornatissime Vir, epistolæ tuæ secundæ leguntur sequentia, *sub prælo sudat, ais, quartus thesaurus, in cujus præfatione aliquam de hac re mentionem facere cogor ad vindicandam meam famam.* Hisce verbis hujus, quam mihi intendisti, litis promulgationem mihi apertè minaris. Et verò cùm minæ jactatæ minis jactato ictui æquivalent, ut vulgò dicitur, sperare auserim te in malam partem non accepturum quòd potiùs veritatis amore, quàm ad memet ipsum hominum estimationi vindicandum ; ut superiùs dixi



dixi, istam ad tuas binas litteras  
 responfionem in lucem ediderim u-  
 nà cum iis, quæ præcipuè miratus  
 sum inter plurimum miranda, quæ  
 thesauri tui anatomici complectun-  
 tur. Illud ex gr. mihi multùm ar-  
 risit, quod dixisti de extremitatibus  
 vasorum hepatis, quas in hepate hu-  
 mano per tres circiter menses in  
 frigida, quæ quotidie mutabatur,  
 macerato, tales agnovi, quales à te  
 describuntur pag. 31. primi thesauri  
 tui anatomici, ubi sic habes. *Ho-  
 rum vasorum, inquis, extremitates  
 fasciculatim sunt dispositæ, qui fasci-  
 culi glandulæ denominantur, ast im-  
 meritò; præter vasa peculiare haud  
 reperiuntur hic glandulæ. Dicti fasci-  
 culi non sunt extremitates vasorum  
 contortæ glomi ad instar, at verò pe-  
 nicillorum more sunt dispositæ, nullà-  
 que peculiari membranulâ præditæ; id  
 quod glandulis proprium ( ut aiunt )  
 omnes solummodò communi membranâ  
 coërcitæ sunt. Vasorum fasciculi glan-  
 M                      dulas.*



*dulas tam exactè mentiuntur, ut nobis & aliis olim imposuerint; præsertim in jecinore suillo, sive recenti, sive cocto: re autem penitiùs perspectà fasciculos dictos neutiquàm puto dicendos esse glandulas; vasa enim sanguinea peculiaria ad dictos fasciculos nullomodo alluunt, at verò fasciculi sunt ipsæ vasorum extremitates, quæ nullà membranà proprià coërcentur. Munus itaque prætensis glandulis destinatum vasorum fasciculis attribuendum esse censeo. Nihil curiosius, meo sanè iudicio; videri potest, quàm ea, quæ pap. 38. 39. & 40. refert celeberrime Vir, de papilla uberis Balænxæ & mulieris, nec-non de cute plantæ pedis humani: ibidem omentum humanum in statu tantùm præter naturali exiguis foraminibus pertusum esse asseris. Pag. 40. secundi thesauri tui anatomici ea, quæ sequuntur, in medium affers, Vir excellentissime, cum ceraceâ, inquis, materiâ rubrâ replerem arterias mesentericas, dic-*



*ta materia propellebatur ulterius per  
 ita dictas glandulas in cavitatem in-  
 testinorum, & hoc sæpiſſimè mihi con-  
 tingit. Prætereà intestinum duodenum  
 inversum, cujus arteriolæ erant reple-  
 tæ, indidi liquori; post macerationem  
 in aqua simplici, reperi ita dictas  
 glandulas miliares intestini duodeni pe-  
 nicillorum modò esse dispositas. Suprà  
 allata verba tua præclara duo com-  
 plectuntur experimenta, quæ mirum  
 in modum confirmant veritatem eo-  
 rum, quæ dixi de origine tubulo-  
 rum secretoriorum, quorum extre-  
 mitatibus interior superficies villosa  
 intestinorum efformatur, atque a-  
 deò mihi non placere non possunt.  
 Sequentia Vir præstantissime, liquida  
 fanè cum voluptate pag. 46. iterùm  
 atque iterùm legi. Hæc autem, ais,  
 vasa in conspèctum meum venerunt,  
 postquam vasa sanguifera uterina ce-  
 raceà materià rubrà impleveram; hæc  
 enim limpida occurrebant; illa verò  
 rubra: in illis vermicularibus vasis*



*alimentum confici existimo; non autem in ita dictis glandulis, quas hactenus nemo luculenter demonstrare potuit in utero. Rogabit forsitan aliquis, An vasa apta sint ad humorem peculiarem conficiendum? Respondeo cum vasa seminalia semen conficere valeant in testiculis, ubi nullae glandulae; cum in hepate nullae reperiantur glandulae, Et tamen hepar otiosum non sit in praeparando humore bilioso, non video quare id non in utero fieri possit ab istis noviter detectis vasis. Methodus, quam adhibuisti ad detegenda vasa, à te vermicularia & à me lymphatico-nerveo nuncupata, felicissimum in hac occasione habuit successum. Optimè quoque mihi visus es probasse alimentum foetui alendo dicatum in ejusmodi vasis confici, quin necesse sit ut superficies interior eorum vesiculosis instructa sit glandulis, uti nonnulli volunt Medici.*

*Sub finem pag. 59. & sub initium pag. 60. sic habes, Vir ornatissime, pueri*



*puerì plexus choroideus rubicundissimus propter arteriolarum repletionem : in eo nullæ glandulæ visibiles ; quin imò videtur dictus plexus continuationem habere cum dictis arteriolis , aut arteriolæ videntur degenerare in plexum dictum : replendo enim arterias , plexus quoque repletur. Hicce locus mihi notatu dignissimus videtur ; quapropter in ipso paululùm hærebo. Rectè quidem dicis , dum asseris plexum choroïdeum nullis intertextum esse conspicuis glandulis. Verùm sæpissimè observasti , haud dubiè , huicce plexui albo-cineritia interferi vasa lymphatico-vesiculosa : ista autem vasa è lateribus arteriolarum nascuntur , & in lateribus venarum ejusdem plexus desinunt , in quas scilicet lymphaticum , quem devehunt , succum refundunt , ut patet ex iis , quæ pag. 140. & 141. Systematis mei vasorum corporis humani dixi. Id ipsum tuâ mirum in modum confirmatur experienciâ ; cùm*



ceracea tua materia in arteriolas plexus choroïdei siphunculo immiffa ex iis arteriolis in ductus lymphatico-vesiculosos, & ex istis ductibus in venulas transmeet, quas ii, ut & arteriolas, comites habent. Hæc res nullum patitur dubium; cùm totus plexus choroïdeus repleatur, dum arteriolas replet, & rubicundissimus evadat. Audiat, si placeat, Magister levem discipuli difficultatem, & eam, pro ea, qua natus est humanitate, solvat cùm libuerit. Quandoquidem ceracea materia choroïdei plexus arteriolis indita lymphatico-vesiculosa ejusdem plexus vasa subit, & in venulas ejus postmodum refunditur. Quidni pariter eadem materia ceracea in arterias renales v. g. siphunculo immiffa tubulos renum urinosos subeat, non per extremitates earumdem arteriarum, uti contendis, quippe quæ in venas immediatè abeunt, sed per ipsarum latera, è qui-



quibus jamjam memorati tubuli urinosi suam ducunt originem , ut à fine pag. 175. ad finem usque pag. 199. Systematis mei vasorum corporis humani quam-plurimis physico-mechanicis rationibus , experimentis , & observationibus anatomico-practicis demonstravi ? quidni quoque idem contingat in cerebro , placenta uterina , intestinis &c. Cæterùm binas renis humani figuras , quarum una exteriora , altera verò interiora hujus visceris apprimè repræsentat , silentio præterire nequeo : illæ , fateor , ut & reliquæ , quibus thesauri tui anatomici adornantur , mirum in modum delineatæ esse videntur.

Ea , quæ sequuntur , pag. 17. tertii thesauri tui anatomici exponis , Vir præstantissime , *epidermen* , inquis , ( *quæ mihi nihil nisi expansio extremitatum papillarum cutanearum , quemadmodum etiam ungues* ) in duas & plures lamellas , &c. Cùm potior  
pars



pars vasorum, quibus cutaneæ con-  
 texuntur papillæ, in ductibus lym-  
 phatico-arterioso - nerveis consistat  
 & epidermis sit revera expansio  
 hujusmodi papillarum, ut tu, quem-  
 admodum ego, observasti, nequa-  
 quàm dubito, quin unà mecum epi-  
 dermen totam vasis excretoriis con-  
 textam esse existimes, ut pag. 23.  
 mei vasorum Systematis corporis hu-  
 mani dixi. Cùm paucissima, ne di-  
 cam nulla, thesauri tui anatomici  
 ( veri thesauri ) complectantur, quæ  
 curiosissima, imò & perutilia non  
 sint, eos penitus transcribere, atque  
 adeò me à proposito meo nimium  
 aberrare necesse esset, si tuas om-  
 nes observationes anatomicas, quas  
 in iis exposuisti, hîc recensere vel-  
 lem. Quapropter dicendi finem fa-  
 cio, ardentissimè cupiens, ut tibi,  
 qui tantam per quadraginta circi-  
 ter annos lucubrationum fuliginem  
 bibisti, Deus opt. max. nestoreos,  
 ægritudinum quarumvis immunes,  
 con-



concedat annos , quò nec assiduam ,  
 quam rebus anatomicis impendis ,  
 operam , nec tam utiles Reipublicæ  
 lucubrationes tuas intermittere co-  
 garis , quibus , si quis alius , hac æ-  
 tate , *Apollini* litasti , & inclytum  
 tibi comparasti nomen , quod , ut-  
 pote non labore tantum , sed labo-  
 re simulque virtute , uti credo , pa-  
 ratum , ad felicem , quam ambio ,  
 tibi que precor , te ducet æternita-  
 tem. Vale , & me ama.

RAYMUND. VIEUSSENS.

---

M O N S P E L I I ,

Typis JOANNIS MARTEL , Regis  
 Typographi.

*Die quarta mensis Septembris , Anni*  
*M. D C C V.*



## ERRATA.

**P** Ag. 4. l. 20. procul, lege pro-  
cul. Pag. 34. l. 1. nonnexe  
leg. connexione. Pag. 46. l. 20. ana-  
tomicorum, lege anatomicorum.  
Pag. 52. l. 17. dixeris mihimet ipsi,  
lege dixeris me mihimet-ipsi. Pag.  
59. l. 14. dissectionem, lege dissec-  
tionem. Pag. 61. l. 16. rarationem,  
lege rationem. Pag. 67. l. 24. \* Se-  
cretoires, lege \* On appelle de ce  
nom les Vaisseaux qui servent à sé-  
parer les liqueurs. Pag. 68. l. 7.  
de microscope, lege du microscope.









